

18th October

St Luke

Evangelist

Luke was a physician, who was baptized by St Paul and travelled with him. He is the author of one of the Gospels and of the Acts of the Apostles. He wrote primarily for those Christians who were, like himself, Gentiles, and therefore gave many explanations about Jewish customs. Legends describe him as a painter, and so many artists' guilds are named after him. It was said that he depicted Our Lady with the Christ Child, as seen in a vision, and many ancient icons were believed to be this image or at least a copy of it. Nothing about the manner of his death is known. Most of his relics are kept today in S. Giustina in Padua.

Red

2 Cl. (Duplex 2 Cl.)

INTROIT: Ps. 138:17

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Ps. *ibid.* 1-2: Domine probasti me, et cognovisti me: tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam. V. Gloria.

*To me thy friends, O God, are made exceedingly honourable: their principality is exceedingly strengthened. Ps. *ibid.* 1-2: Lord, thou hast proved me, and known me: thou hast known my sitting down and my rising up. V. Glory.*

COLLECT

Interveniatur pro nobis, quæsumus, Domine, sanctus tuus Lucas Evangelista: qui crucis mortificationem jugiter in suo corpore pro tui nominis honore portavit. Per Dominum.

Let holy Luke, thine evangelist, we beseech thee, O Lord, intercede for us, who for the honour of thy name bore ever in his body the mortification of the cross. Through our Lord.

EPISTLE: 2 Cor. 8:16-24

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres: Gratias ago Deo, qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde Titi; quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cum sollicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misimus etiam cum illo fratrem, cujus laus est in Evangelio per omnes ecclesias: non solum autem, sed et ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam quæ ministratur a nobis ad Domini gloriam, et destinatam voluntatem nostram: devitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ ministratur a nobis. Providemus enim bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Misimus autem cum illis et fratrem

A lesson from the Epistle of St Paul the Apostle to the Corinthians.

Brethren: I give thanks to God, who hath given the same carefulness for you in the heart of Titus, for indeed he accepted the exhortation; but being more careful, of his own will he went unto you. We have sent also with him the brother, whose praise is in the Gospel through all the churches; and not that only, but he was also ordained by the churches companion of our travels for this grace, which is administered by us to the glory of the Lord and our determined will; avoiding this, lest any man should blame us in this abundance which is administered by us; for we forecast what may be good not only before God, but also before men. And we have sent with them our brother also, whom we have often proved diligent in many

nostrum, quem probavimus in multis sæpe sollicitum esse : nunc autem multo sollicitiorem, confidentia multa in vos, sive pro Tito, qui est socius meus, et in vos adiutor; sive fratres nostri, Apostoli ecclesiarum, gloria Christi. Ostensionem ergo, quæ est caritatis vestræ et nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in faciem ecclesiarum.

things; but now much more diligent, with much confidence in you, either for Titus, who is my companion and fellow-labourer towards you, or our brethren, the apostles of the churches, the glory of Christ. Wherefore show ye to them in the sight of the churches, the evidence of your charity, and of our boasting on your behalf.

GRADUAL: Ps. 18:5, 2

In omnem terram exivit sonus eorum : et in fines orbis terræ verba eorum. ✠ Cæli enarrant gloriam Dei : et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Their sound went forth into all the earth; and their words to the ends of the world. ✠ The heavens show forth the glory of God; and the firmament declareth the work of his hands.

ALLELUIA: Jn. 15:16

Ego vos elegi de mundo, ut eatis, et fructum afferatis : et fructus vester maneat.

I have chosen you out of the world, that you should go, and should bring forth fruit; and your fruit should remain.

ad libitum: SEQUENCE

Laus devota mente
Choro concinente
Christo sit cum gloria;

*Praise from a pious mind
With the choir singing together
And glory be to Christ,*

Qui Evangelistas
Veri dogmatistas
Insignivit gratia;

*Who marked the Evangelists,
The teachers of the truth,
Out with grace.*

Quique suo more
Lucem ex fulgore
Dat per orbis climata;

*Each of them, following his habit,
Giveth light from his shine
Through the regions of the earth,*

Tales dum elegit
Per quos jam subegit
Hæreses et schismata.

*When he elected these,
Through whom he then subjected,
Heresies and divisions.*

His bis bini fontes
Valles atque montes
Irrigantes flumine;

*These twice two fonts,
Watered through a stream.
The valleys and mountains,*

Orti paradiso
Mundum indiviso
Illustrantes famine.

*Going out from paradise
They illustrate the world
With an undivided word.*

Illos per bis bina
Visio divina
Signat animalia,

*Them signifieth
The divine vision
With twice two living beings,*

A quibusdam visa,
Formis tunc divisa,
Gestu sed æqualia,

*Which were seen by some
Although different in shape,
Equal in movement,*

Pennis decorata,
Terris elevata,
Cum rotis euntia,

*Decorated with feathers,
Lifted up from earth,
Moving with wheels.*

Facie serena,
Oculorum plena,
Verbi Dei nuntia.

*With shining face,
Full of Eyes
The messengers of God's word.*

In his possunt cerni
Anuli quaterni,
Quibus arca vehitur.

*In them can be understood
The four rings
Through which the Ark [of Covenant] is carried.*

Quorum dogma sanum
Per Samaritanum
Circumquaque seritur.

*Their healthy doctrine
Is sowed everywhere
By the Samaritan [In John 8:42 the Jews call Christ
a Samaritan.]*

Tali quasi plastro
Mulier ab Austro
Salomonem adiit.

*As if with such a cart
Came the woman from the South [Saba]
To Solomon.*

In hac ceu quadriga
Agnus est auriga
Qui pro nobis obiit.

*In such a Quadriga
The Lamb is the coachman
That died for us.*

Istis in bis binis,
Caput est et finis
Christus complens omnia.

*In these twice two
Christ, who completeth everything
Is the head and the end.*

Horum documentis
Horum instrumentis
Florens stat Ecclesia.

*Through their witness
Through their instruction
The Church standeth in flower.*

Horum nos precatu
Mortis a reatu
Solvat Christi gratia;

*Through their prayer
May Christ's grace deliver
From accusation leading to death.*

Horum ut doctrina
Virtus nos divina
Ducat ad cælestia.

*Through their teaching,
May divine power
Lead us to heaven.*

GOSPEL: *Lk. 10:1-9*

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.

In illo tempore : Designavit Dominus et alios septuaginta duos; et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus. Et dicebat illis : Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Ite : ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta : et neminem per viam salutaveritis. In quamcumque domum intraveritis, primum dicite : Pax huic domui : et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra : sin autem, ad vos revertetur. In eadem autem domo manete, edentes et bibentes quæ apud illos sunt : dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcumque civitatem intraveritis, et susceperint vos, manducate quæ apponunter vobis : et curate infirmos qui in illa sunt, et dicite illis : Appropinquavit in vos regnum Dei.

Continuation of the holy Gospel according to St Luke.

At that time: The Lord appointed also other seventy-two; and he sent them two and two before his face into every city and place whither he himself was to come. And he saith to them: The harvest indeed is great, but the labourers are few; pray ye therefore the Lord of the harvest, that he send labourers into his harvest. Go, behold, I send you as lambs among wolves. Carry neither purse, nor scrip, nor shoes; and salute no man by the way. Into whatsoever house you enter, first say: Peace be to this house; and if the son of peace be there, your peace shall rest upon him; but if not, it shall return to you. And in the same house remain eating and drinking such things as they have, for the labourer is worthy of his hire. Remove not from house to house. And into what city soever you enter, and they receive you, eat such things as are set before you; and heal the sick that are therein; and say to them: the kingdom of God is come nigh unto you.

OFFERTORY: *Ps. 138:17, 1-2, 3, 5*

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus : nimis confortatus est principatus eorum. *℣.* Domine, probasti me et cognovisti me : tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam. *℣.* Intellexisti cogitationes meas a longe : semitam meam et directionem meam investigasti. *℣.* Ecce tu, Domine, cognovisti omnia, novissima et antiqua : tu formasti me et posuisti super me manum tuam.

*To me thy friends, O God, are exceedingly honourable; their principality is exceedingly strengthened. *℣.* Lord, thou hast proved me, and known me : Thou hast known my sitting down, and my rising up. *℣.* Thou hast understood my thoughts afar off : my path and my line thou hast searched out. *℣.* Behold, O Lord, thou hast known all things, the late and those of old : thou hast formed me, and hast laid thy hand upon me.*

SECRET

Donis cælestibus da nobis, quæsumus, Domine, libera tibi mente servire : ut munera quæ deferimus interveniente beato Evangelista tuo Luca, et medelam nobis operentur, et gloriam. Per Dominum.

Through these heavenly gifts, we beseech thee, O Lord, grant us to serve thee with a free mind, that through the intercession of Luke, thy blessed evangelist, the offerings we bring may avail us both unto healing and glory. Through our Lord.

PREFACE

Of the Apostles

Vere dignum et justum est, æquum et salutare : Te, Domine, suppliciter exorare, ut gregem tuum, pastor æterne, non deseras : sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias. Ut iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contulisti præesse pastores. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes :

It is truly meet and just, right and salutary, humbly to pray thee, O Lord, the eternal shepherd, to abandon not thy flock; but through thy blessed Apostles to keep a continual watch over it; that it may be governed by those same rulers whom thou didst set over it as shepherds and as thy vicars. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominions, and with all the hosts of the heavenly army, we sing an hymn to thy glory, evermore saying:

COMMUNION: *Mt. 19:28*

Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, judicantes duodecim tribus Israel.

You who have followed me, shall sit on seats, judging the twelve tribes of Israel.

POST-COMMUNION

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus : ut, quod de sancto altari tuo accepimus, precibus beati Evangelistæ Lucæ, sanctificet animas nostras, per quod tuti esse possimus. Per Dominum.

Grant, we beseech thee, almighty God, that what we have received from thy holy altar may, by the prayers of Luke, thy blessed evangelist, sanctify our souls and preserve us in safety. Through our Lord.